

✠ IN NOMINE SANCTE ET  
INDIVIDUE TRINITATIS.  
ROGGRIUS DIVINA FAVENTE  
CLEMENTIA dux romberti magnifici  
ducis heres et filius. Si divinum cultum  
et sancte ecclesie honorem atque  
utilitatem debita reverentia et ordine  
digno attendimus profecto circa sanctam  
dei ecclesiam diligentissimam curam et  
solatium adhibere debemus. ut tanto nos  
superna pietas gratius protegat quanto  
ferventius suam ecclesiam pro viribus  
exaltari atque tueri sutagimus. Idcirco  
amore omnipotentis dei qui servilem  
carnem sumere et crucis subire  
patibulum et mori non dedignatus est. ut  
nos ab eterna morte liberaret. nec non  
pro salute anime suprascripti genitoris  
nostri et genitricis nostre et statu nostre  
rei publice per interventum adele dilecte  
coniugis nostre Concedimus. damus. et  
confirmamus. in monasterio beati  
martiris Laurentii de aversa ubi nunc  
dominus Guarinus venerabilis abbas  
preest. ecclesiam sancti iohannis de troia  
que est sita in monte capillonis cum  
omnibus pertinentiis suis. et ipsum  
montem per hos fines. A parte orientis  
est carbonarium castelli et sicut  
descendit in directum per unam  
vallicellam et vadit directe supra burgum  
et descendit per medium burgum in  
stratam maiorem. A parte meridiei est  
carbonarium vetus et ascendit usque in  
verticem montis. et ex eodem latere  
montis descendit per vallem maiorem  
usque in viam publicam. et sicut tenet  
via publica usque ad carbonarium  
predicti castelli. Concedimus etiam  
terram nostre rei publice pertinentem  
cum fonte que turricli vocatur. que habet  
hos fines. incipit a limite qui est inter  
hanc terram et terram guidonis diaconi.  
et vadit secus viam magnam publicam

✠ Nel nome della santa e indivisibile  
Trinità, Ruggiero con il favore della  
divina benevolenza duca, erede e figlio  
del magnifico duca Roberto. Se curiamo il  
culto divino e l'onore e l'utilità della santa  
chiesa con dovuto rispetto e in modo  
degno, certamente dobbiamo dedicare  
attenzione diligentissima e soccorso alla  
santa chiesa di Dio affinché tanto più  
amabilmente la suprema Pietà ci protegga  
quanto più fervidamente ci preoccupiamo  
di elevare e difendere la sua chiesa  
secondo le forze. Pertanto per amore di  
Dio onnipotente che non disdegnò di  
prendere la carne servile e subire il  
patibolo della croce e di morire per  
liberarci dalla morte eterna nonché per la  
salvezza dell'anima del sopraddetto nostro  
genitore e della nostra genitrice e per la  
condizione della nostra cosa pubblica, per  
intervento di Adele diletta coniuge nostra,  
concediamo, diamo e confermiamo al  
monastero del beato martire Lorenzo di  
**aversa**, dove ora presiede domino  
Guarino venerabile abate, la chiesa di  
san Giovanni di **troia** che è sita sul monte  
**capillonis** con tutte le sue pertinenze e lo  
stesso monte con questi confini: dalla  
parte di oriente è l'immondezzaio del  
castello e come discende direttamente per  
una piccola valle e va direttamente sopra  
il castello e discende a metà del castello  
nella strada maggiore, dalla parte di  
mezzogiorno è l'immondezzaio vecchio e  
sale fino al vertice del monte e dallo  
stesso lato del monte discende per una  
valle più grande fino alla via pubblica e  
come va la via pubblica fino  
all'immondezzaio del predetto castello.  
Concediamo anche la terra nostra  
appartenente alla cosa pubblica con la  
sorgente che è chiamata **turricli** ed ha  
questi confini: incomincia dal limite che è  
tra questa terra e la terra di Guidone

usque carrariam que venit de stafilo. et descendit per predictam carrariam usque magnum limitem. et deinde vadit per limitem et venit in monticellum qui est in fronte predicti limitis. et ab ipso monticello ascendit et directe vadit in vallem parvulam et pervenit in iamdictum limitem qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi et per ipsum limitem vadit in predictam viam magnam. Simulque concedimus in ipso monasterio totam causam quam Trostainus de mileto in troia a nobis tenuit exceptis decem villanis et terram pro uno aratro et duabus casis. quas domine fredelsende uxori gerey dedimus. Nec non et concedimus in predicto monasterio terras infra troianos fines in matina que habent hos fines. Incipiunt a vado tranense fluminis aquilonis et descendunt secus ipsum flumen quinquaginta passos longe a flumine in parte versus sanctam mariam de fogia usque in vadum tam . . . cis et per ipsum vadum protraunt ipsum flumen et vadunt per . . . . . *fines* filiorum ziti. usque viam que venit a sancta maria de fogia que est inter has terras et terras filiorum petri iudicis. et deinde vadunt secus predictam viam usque caput vallonis appii ubi secus viam termini petrarum fixi sunt. et descendunt secus predictum vallonem qui est finis terrarum supradictorum filiorum petri iudicis usque in pedem arpi. et deinde in transversum recte vadunt in flumine burgani. et deinde ascendunt per ipsum flumen usque vadum tranensem de predicto flumine burgani. et inde in transversum vadunt per fines qui sunt inter troiam et bacarizzam. et veniunt in flumine aquilonis. ad vadum tranensem. Concedimus quoque et confirmamus in prephato sancto monasterio casale sancti petri in balneo et casale sancte marie de oliva cum omnibus tenimentis et

diacono e va secondo la via grande pubblica fino alla carraia che viene da **stafilo** e discende per la predetta carraia fino al grande limite e di qui va per il limite e viene al monticello che è davanti al predetto limite e dallo stesso monticello sale e direttamente va ad una valle alquanto piccola e perviene al predetto limite che è tra questa terra e la terra di Guidone diacono e per lo stesso limite va alla predetta via grande. E parimenti concediamo allo stesso monastero tutti i beni che **Trostainus de mileto** tenne da noi in **troia**, eccetto dieci villici e terra per un aratro e due case che demmo a **fredelsende** moglie di **gerey**. Inoltre concediamo al predetto monastero le terre entro il territorio **troianos** in **matina**, le quali hanno questi confini. Incominciano dal guado **tranense** del fiume **aquilonis** e scendono lungo il fiume per cinquanta passi, lontano dal fiume dalla parte verso santa Maria di **fogia** fino al guado **tam . . . cis** e per lo stesso guado oltrepassano il fiume e vanno per . . . . . *confini* dei figli di Zito fino alla via che viene da santa Maria di **fogia** che é tra queste terre e le terre dei figli di Pietro giudice, e di qui vanno lungo la predetta via fino al capo del vallone **appii** dove lungo la via sono posti termini di pietra, e discendono lungo il predetto vallone che é confine delle terre dei sopraddetti figli del giudice Pietro fino al piede di **arpi**, e di qui di traverso direttamente vanno nel fiume **burgani**, e di qui salgono per lo stesso fiume fino al guado **tranensem** del predetto fiume **burgani**, e di qui di traverso vanno per i confini che sono fra **troiam** e **bacarizzam**, e vengono nel fiume **aquilonis** al guado **tranensem**. Concediamo anche e confermiamo al predetto santo monastero il casale **sancti petri in balneo** e il casale **sancte marie de oliva** con tutti i loro terreni e proprietà e le chiese a loro soggette. E parimenti confermiamo a te domino Guarino

possessionibus eorum et ecclesiis sibi subditis. Simulque confirmamus tibi dompno Guarino venerabili abbati eiusdem monasterii et posteris tuis omnia que Guarinus dominus salpi et Robbertus dominus baroli predicto monasterio sancti laurentii de aversa dederunt et concesserunt. Concedimus etiam et confirmamus Balesinianum cum omnibus possessionibus suis terris cultis et incultis. olivetis. vineis. pascuis. per hos fines. a via videlicet que descendit barum usque in montem supra ipsum balesinianum. Ab alio latere per vallem episcopii barensis usque in terram Girri. et sic descendit usque ad stratam magnam que vadit ad predictam civitatem barensis. Nec non et sanctum nicholaum veterem de bitecto cum usu molendini. furni. et trappeti. tam hominum nostrorum quam aliorum qui illic molere. coquere. et machinare voluerint sine contrarietate nostra nostrorumque heredum. seu successorum vel ministerialium aut exactorum. Et sanctam catherinam. et sanctum petrum qui nominatur de dompna bassana cum omnibus possessionibus eorum. Et sanctam mariam de cesano et sancta mariam de balena similiter cum omnibus earum pertinentiis. Monasterium quoque sancti nicholay de monopoli qui cognominatur de pinna cum pertinentiis et possessionibus suis. et sanctum petrum in lacu iohannis. et sanctam mariam in grama cum casali. et sanctum petrum in babaneo cum casali suo qui nominatur fellinum. et sanctum nicholaum de casillo cum villanis et omnibus eorum pertinentiis concedimus pariter et confirmamus. Simul etiam sanctum aruncium de tarento cum omnibus pertinentiis suis. et ibidem quinque piscatores videlicet Amicum filium fichinicii. et lucam fratrem eius. et maurum fratrem eorum. et Georgium filium podarii et angelum fratrem eius. ut

confermiamo a te domino Guarino venerabile abbate dello stesso monastero e ai tuoi posterì tutte le cose che Guarino signore di **salpi** e Roberto signore di **baroli** diedero e concessero al predetto monastero di san Lorenzo di **aversa**. Concediamo anche e confermiamo **Balesinianum** con tutti suoi possedimenti, terre coltivate e non coltivate, oliveti, vigne, pascoli, con questi confini, cioè dalla via che scende a **barum** fino al monte sopra lo stesso **balesinianum**, dall'altro lato per la valle del vescovado **barensis** fino alla terra di **Girri** e così scende fino alla strada grande che va alla predetta città **barensis**, nonché san Nicola vetere di **bitecto** con l'uso del mulino, del forno e del frantoio tanto degli uomini nostri che degli altri che lì vorranno macinare e cuocere e frangere senza contrarietà nostra e dei nostri eredi e successori o ufficiali o esattori, e santa Caterina e san Pietro detto **de dompna bassana** con tutti i loro possedimenti, e santa Maria di **cesano** e santa Maria di **balena** similmente con tutte le loro pertinenze, e anche il monastero di san Nicola di **monopoli** detto **de pinna** con le sue pertinenze e proprietà, e san Pietro **in lacu iohannis**, e santa Maria **in grama** con il casale, e san Pietro **in babaneo** con il suo casale chiamato **fellinum**, e san Nicola **de casillo** con i villici e tutte le loro pertinenze. Concediamo parimenti e confermiamo anche sant'Aronzo di **tarento** con tutte le sue pertinenze, e ivi cinque pescatori vale a dire Amico, figlio di Fichiniccario, e Luca suo fratello e Mauro loro fratello e Giorgio, figlio di Podario, e Angelo suo fratello in modo che questi sopraddetti uomini e i loro eredi e successori abbiano libera facoltà di pescare nel **mari parvo et magno**, e la terziaria e tutte le consuetudini che debbono dare e compiere per la nostra cosa pubblica, li diano liberamente e li compiano per il già detto monastero di san

isti supradicti homines heredes et successores eorum liberam potestatem habeant piscandi in mari parvo et magno. et terciariam et omnes consuetudines quas nostre rei publice dare et persolvere debent in iamdicto monasterio sancti laurentii absque nostra vel heredum aut successorum nostrorum vel alicuius contradictione reddant libere et persolvant. Nec non et unam plancam que fuit landonis predicte civitatis vicecomitis. in supradicta ratione concedimus et confirmamus. Hos autem supradictos homines heredes et eorum successores liberos in demanium monasterii et absolutos concedimus. ab omni eos publico servitio liberantes. similiter concedimus in prephato sancto monasterio casale sancte cenature de policoro cum ecclesiis omnibus pertinentiis sibi subditis et abbatiam sancte marie de churonofrio cum ecclesiis suis et earum pertinentiis. et monasterium sancti angeli de fracxeneto cum casali et ecclesiis sibi subditis. et sanctum donatum de belmonte cum casali suo et sanctam mariam de turitto cum hominibus eorum possessionibus et pertinentiis. Ad maiorem preterea tutelam et libertatem predicti sancti monasterii concedimus ut ubicumque sint monachi . . . . . in villis et civitatibus meis homines videlicet prephati monasterii nullas penitus vendendi. vel emendi. consuetudines reddant neque sit aliquis de exactoribus nostris qui supradictas consuetudines ab eis exigit. Concedimus insuper ut si homines prephati monasterii aliquid forte foris fecerint non sit aliquis ita temerarius vel audax ut eos sine clamore monachorum ad iustitiam cogere presumat. Set predictis monachis prius proclamationem faciat et per manus eorum et in curia eorum postea iustitiam habeat. Ea vero ratione ut omnia suprascripta semper libere sint in

compiano per il già detto monastero di san Lorenzo senza opposizione nostra o dei nostri eredi o successori o di altri. Inoltre nella sopraddetta ragione concediamo e confermiamo anche una planca che fu di Landone viceconte della predetta città. Inoltre concediamo in proprietà del monastero questi sopraddetti uomini e gli eredi e i loro successori senza vincoli e affrancati, liberandoli da ogni pubblico servizio. Similmente concediamo al predetto santo monastero il casale di **sancte cenature di policoro** con tutte le chiese pertinenti ad esso soggette, l'abbazia di santa Maria di **churonofrio** con le sue chiese e le loro pertinenze, e il monastero di sant'Angelo di **fracxeneto** con il casale e le chiese allo stesso soggetti, e san Donato di **belmonte** con il suo casale, e santa Maria di **turitto**, con tutte le loro proprietà e pertinenze. Inoltre, a maggiore tutela e libertà del predetto santo monastero concediamo che dovunque siano i monaci . . . . . nei miei villaggi e nelle mie città certamente gli uomini del predetto monastero non diano per niente alcuna consuetudine nel vendere e nel comprare né vi sia alcuno dei nostri esattori che esiga da loro le sopraddette consuetudini. Concediamo inoltre che se gli uomini del predetto monastero per caso commettessero qualcosa fuori, non sia alcuno così temerario e audace che presuma di costringerli alla giustizia senza conoscenza dei monaci ma prima ne dia notizia agli anzidetti monaci e per mano di loro e dopo nella loro Curia abbia giustizia. In quella condizione invero che tutte le cose soprascritte siano sempre libere in dominio e potestà del già detto monastero e dell'abate e dei suoi successori E la parte dello stesso monastero e il predetto domino Guarino abate e i suoi successori abbiano licenza e potestà, nelle anzidette terre e nelle terre che nelle città, nei luoghi fortificati e nei villaggi o

dominio et potestate iamdicti monasterii et abbatis et successorum suorum. Et pars ipsius monasterii et predictus domnus Guarinus abbas et successores sui licenciam et potestatem habeant in predictis terris. et in terris quas per civitates opida. et villas aut hemptione aut offercione vel donatione quocumque modo poterint adipisci. ecclesias edificare. casalia facere. homines affidare. molendina. furna. et trappeta construere. vineas et oliveta et alia pomifera pastinare ubi voluerint. Et neque a nobis vel a nostris heredibus seu successoribus aut a nostris stratigotis iudicibus trumarchis vicecomitibus plazzariis vel aliquibus ministerialibus seu nostre reipublice exactoribus aut a quibuslibet hominibus quolibet tempore predictum monasterium et abbates et successores sui de predictis terris et hominibus et de omnibus edificiis que in eis fecerint aliquod contrarium habeant et neque a monachis vel hominibus eorum affidaturam platheaticum vel aliquod datum tollant vel aliquam angariam facere faciant. Si quis vero temerario ausu harum nostrarum concessionum violator extiterit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta. medietatem camere. nostre et medietatem parti ipsius monasterii et he nostre concessiones firme et inconcuse permaneant. Textum vero harum nostrarum concessionum scribere precipimus tibi grimoaldo notario nostro et nostro cum tipario plumbea bulla bullari iussimus. Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo secundo. ducatus autem nostri septimo Mense mai indictione quintadecima.

✘ EGO ROGERIUS DUX ME SUBSCRIPSI.

✘ Ego adela dei gratia ducissa.

✘ Signum guidonis fili roberti magnifici ducis

✘ Signum buamundi

città, nei luoghi fortificati e nei villaggi o per acquisto o per offerta o donazione in qualsiasi modo potranno conseguire, di edificare chiese, fare casali, affidare a uomini, costruire mulini, forni e frantoi, impiantare vigne e oliveti e altre piante fruttifere dove vorranno. E né da noi o dai nostri eredi e successori o dai nostri stratigoti, giudici, trumarchi, viceconti, plateari o da qualsiasi ufficiale o esattore della nostra cosa pubblica o da qualsivoglia uomo in qualsiasi tempo abbiano qualsiasi contrasto il predetto monastero e l'abate e i suoi successori per le predette terre e uomini e per tutti gli edifici che in loro faranno e dai monaci o dai loro uomini a cui daranno in affidamento non prendano il plateatico o qualsiasi dazione né facciano fare qualsivoglia angaria. Se invero qualcuno con ardire temerario fosse trasgressore di queste nostre concessioni, sappia che dovrà pagare cinquanta libbra di oro purissimo, metà alla nostra Camera e metà alla parte dello stesso monastero e queste nostre concessioni rimangano ferme e inviolate. Invero il testo di queste nostre concessioni comandammo di scrivere a te Grimoaldo notaio nostro e ordinammo di contrassegnarlo con il nostro sigillo di piombo. Nell'anno millesimo novantesimo secondo dell'incarnazione del Signore. Inoltre, nel settimo *anno* del nostro ducato, nel mese di maggio, quindicesima indizione.

✘ Io duca Ruggiero sottoscrissi.

✘ Io Adele, per grazia di Dio duchessa.

✘ Segno *della mano* di Guidone, figlio di Roberto, magnifico duca.

✘ Segno *della mano* di Boemondo.

✘ Segno *della mano* di **Widelmi de broilo** stratigota.

✘ Segno *della mano* di Ubaldo, figlio di Ildeprando.

✘ Io anzidetto giudice Maldefrido.

✘ Io Pietro, figlio di Giovanni Crispo.

✘ Io Alferio, figlio di Giovanni.

<p>✘ Signum Widelmi de broilo stratigote</p> <ul style="list-style-type: none"><li>✘ Signum ubbaldi filii ildeprandi</li><li>✘ Ego qui supra maldefridus iudex</li><li>✘ ego petrus filius iohanne crispo</li><li>✘ Ego alferi filio iobanne</li><li>✘ Ego ildeprando oneste</li><li>✘ Ego alferius cervuno</li></ul> <p>testes</p>	<p>✘ Io Ildeprando <b>oneste</b>.</p> <p>✘ Io Alferio <b>cervuno</b>.</p> <p>Testimoni.</p>
---	---